



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Roberti Tvrneri Devonii Oratoris Et Philosophi
Ingolstadiensis Panegyrici Dvo**

Turner, Robert

Ingolstadii, Anno M. DC. IX.

Robertvs Tvrnervs Ioanni Bervitio S. P. D. Coloniam. XXI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69598](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69598)

nisi fortè tua humanitas velit ignoscere fronti homi-
nis tam verecundè petentis, vt si tentes cor, iures le-
porem. sed quid molestus sum excusando præsertim a-
pud occupatissimum? res est de Protonotariatus ho-
nore decernendo amico. cui? magno, docto, digno. re-
liquas eius dotes loquuntur literæ ad Beruitium, qui
si Augusta non sit, facio tibi copiam literarum ape-
riendarum, rogoq; obnixè, quam rem orant, tua ope-
ra vt exorent. non promitto magna, si in hac re te o-
stenderis virum, nisi id sit fortasse magnum, me fore
aliquando gratum. Vale, & me ama in hoc negotio.

ROBERTVS TURNERVS

IOANNI BERVITIO S. P. D.

COLONIAM.

XXI.

Quid? egon' obliuisci tui? amici? sinceri? planè
rusticum putas, qui hoc putas. sed ne hoc putes,
nisi effecero his literis, vulnero te meis proximis. tan-
tùmne? etiam perdo. nam nihil est in rebus humanis,
quod pugnem vehementiùs, quàm ne vlla hereat in
nomine meo aut rustica labecule, aut ingrata mentis
suspicio. id illis paucis diebus, quibus mecum versatus
es, nisi videras: neq; tam oculatus es, quàm optâram;
neque tam prudens, quàm putâram. quare vt pro-
bas te mihi oculatum, prudentem, fac sis posthac à te

7 4

literas.

*literas, non tam quæ eliciant meas, quàm quæ dam-
 nent illas tuas, quibus ad Danielelem accusasti me pro-
 diti officij, violatæ amicitie, nostin' ? non soleo aucu-
 pari amicitias, soleo contemnere: non quòd ex illi Ci-
 nicipi sim, qui contemnam Alexandros: sed quòd ex his
 Damonibus sim, qui quæram Pythias. hinc est, vt quæ
 in eo amicitias, eas confirmem, obseruè, colam, etiam
 (si me pateris sic loqui) adorem. nam Deus mihi est,
 quisquis amicus est: vt si pergis me accusare violatæ
 amicitie, pergas etiam accusare læsæ diuinitatis, sed
 non pergis, aut si pergis, non valeo iudicio; qui ex illis
 multis Leodij vnum secreuerã Beruitium, quem exi-
 stimãram dignum meo amore. Quare post hac vide sis
 ne putes me tam leuem, qui amorem cum iudicio su-
 sceptrum sine iudicio deponam. neq; satis est, hoc non
 putare, nisi illud praestes, vt meum amorem exigas ad
 rrutinam non literarum, quæ leues sunt; sed mentis,
 quæ sincera est. nam siue taceam, siue scribam, amo-
 ac ne existimes hoc leuiter dictum, omnia dico, cuncto
 dico id vnum, amo. satis istud est, si Beruitius mihi sis:
 aut si Beruitius mihi non sis, nimis istud est multum.
 sed Beruitium te esse Turnero, id est, sincerum sincero,
 facit illud vt credam, quòd in literis ad Danielelem
 exposulas de meo silètio, & elicias meas literas. nam
 si non amares, cur exposules de illo? si nõ amares, cur
 elicias istas? hoc non scribo, vt te purgem amantem
 cum dubitatione, id est, imperfectè: sed vt tibi peni-
 tus insculpam, me hæctenus in summo silentio amassa
 sum-*

summè. hoc si cogites, defines exoptulare; defines elicere, id est, defines hasitare de meo amore, etiam cum taceo. verùm, quando ita vis, non taceo, quin potius è mediis semper negotiis aliquid eripio temporis, quod imperriam nostro amori non tam augendo (summus enim est, vt augeri non possit) quàm alendo literis, scribe igitur quoties vis; aut rescribo, aut homo non sum. heus, penè exciderat. scribe aliquid de rebus Flãdricis certum, rarum, delicatum. non volo illa trita, quæ subeunt omnium stilum, cupio aliquid, in quo niteat & dictionis, & iudicij laus. intelligin? quale mihi ostenderas Leodij. reliqua proximè. nam vix erat nunc, hac vt potuissem, imò non erat, nisi Daniel contrà, quàm solet, extorsisset hac à me, importuno tempore, prementibus negotiis, de particularum libro quod scripseras, nihil præstes: de epistola tamen illa parua, qua defenditur Admirallij caedes, si quid præstas, beas. Vale. Monachij.

ROBERTVS TURNERVS
MARTINO DVMMIO SERENISSIMO
vtriusque Bauariæ Duci à Consiliis &
Concionibus S. P. D.

STRABINGAM.

XXII.

Breuis ero, sic soleo cum prudentibus; liber ero, sic debeo cum amicis, quanquam videretur hac &

J J

breui-